6927 [= p. 340] Antignani proxime Neapolim *(al Vomero)* in fundo Decii Bernalli CAP. *Nella casa de' Bernalli dietro la chiesa dello Spirito Santo, trasportata da altro luogo* MAZA.' Antignani prope conventum PP. Praedicatorum PRATILLI p. 176. 203.

VIII
IMP · CAESAR · DIVI
NERVAE · F · NERVA
TRAIANVS · AVGVSTVS
GERMANICVS · PONTIF
MAXIMVS TRIBVNICIA
POTESTATE · $\overline{\text{VI}}$ · IMP · $\overline{\text{II}}$
COS · $\overline{\text{IIII}}$ · PATER · PATRIAE p. C. 102
INCHOATAM · A · DIVO · NERVA
PATRE · SVO · PERAGENDAM
CVRAVIT

Capaccius l. II c. 5 p. 421; M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231. Repetivit ex Capaccio Pratillius p. 176. 203, addens vidisse se loco a Capaccio indicato aut eandem aut similem columnam signatam numero VII.

1 om. Maza. — 4 AVG Cap. — 5 PONT·II Cap. — 6. 7 TRIB·POT Cap. — 8 COS·III Cap.

6928 [= p. 340] 'praeclarum divi Traiani monumentum in via quadam Neap. a fossoribus compertum a. 1467 die 10 Oct. atque his litteris in marmorea pulchraque columna conscriptum. Columna vero est altitudinis IIII cum duabus basibus' MAGLIAB. In columna lapidea Neapoli CENN. Neapoli in quadam columna extra portam Regalem in porta cuiusdam horti comitis Matalonae IVC. Neapoli iuxta portam regiam ante pomarium comitis Matalonae ZEN. — Sine loco PONT.; Venusiae APIAN.; Puteolis MAZZELLA FABRETT. temere.

X
IMP · CAESAR · DIVI
NERVAE · F · NERVA
TRAIANVS · AVGVSTVS
GERMANICVS · PONTIFEX
MAXIMVS · TRIBVNICIA
POTESTATE · $\overline{\text{VI}}$ · IMP · $\overline{\text{II}}$ p. C. 102
COS · $\overline{\text{IIII}}$ · PATER · PATRIAE
INCOHATAM · A · DIVO · NERVA
PATRE · SVO · PERAGENDAM
CVRAVIT

Duo opinor exempla extant Pontani et Iucundi. Pontanus edidit de asp. l. II (p. 70 ed. 1538); idem exemplum, plenius tamen et emendatius (ut saepenumero Pontanus tractatui illi titulos inseruit epitomatos et luxatos) redit opinor in codice Magliabecchiano XXV, 62 scripto Neapoli a. 1467 (ex eo codice, quem marchionis Albizzi dicit, repetivit Gorius cod. Marucell. A 77) f. 141 et apud Cenninum n. 84. Pendent ex Pontani exemplo edito Valerius Probus ed. 1525 f. 79; Apian. 99, 2; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 16, fast. ad a. 855; Manutius orth. 431, 2; Ligorius Taur. 18; Smet. 145, 17 ex Apiano; Cittadinius Vat. 5253 f. 415'; Grut. 177, 2 ex Apiano et Io. Pontano; Lupoli iter Venus. p. 300, qui male citat Mur. 425; Mazzella antiqu. Put. p. 8 et inscr. Put. n. 4 (inde Grut. 190, 3); Pratilli p. 30 ex Apiano; neque aliunde venit exemplum, apud Norisium dicitur cum marmore conferendum curasse, apud Fabrettium col. Trai. p. 278, nam mendae Pontano propriae, v. 1 omissus et v. 4 vocabulum AVGVSTVS item omissum, in eo redeunt. Aliunde omnino Iucundus Ver. f. 111, a quo rursus pendent Augustinus Tyfernus cod. 3492 f. 35 = 3528 f. 37; item fortasse Bononius (cod. Ott. f. 40 et cod. Trai.) et appendix Iucundi Zenoniana f. 192. Orelli 783.

Variam lectionem dedi Magl. Cenn. Iuc. Bon. Zen. Pont. (cod. librorum de aspir. Ambros.). — Versuum divisio incerta. — 1 X Magl. Cenn. et ex Iucundianis Bon. et Zen., om. Iuc. Aug. Pont. — 2 IMPERATOR Magl. Pont. — 3 FILIVS Pont. — 4 AVGVSTVS om. Pont. — 5 PONT Magl. — 6 MAX Magl. Pont. — TRIBVNICIA Iuc. Bon. Pont., TRIBVNITIA Magl. Cenn. Zen. — 8 CONSVL Pont. — IIII om. Bon. — 9 VIAM ante INCOHATAM ins. Zen. — INCOHATAM veri auctores omnes, in his Pontanus, qui huius vocabuli causa citat. — 10 PERFICIENDAM Pont. — Apud Ligorium adhaesit IN · FRONTE · PEDES · XII · IN · ANNO . . . . PEDES · XII.

Viae per Cryptam, pictae in itinerario Peutingerano (p. 58 n. VI, cf. p. 171), hi cippi videntur tribuendi esse:

6929 [= 6269] rep. extra cryptam Neapolitanam in villa Mansorum GIORD.; Puteolis MAZZ.

IMP · CAESAR · L · SEPTIMIVS
SEVERVS · PIVS · PERTINAX · AVG
ARABIC · ADIAB · PARTHICVS · MAXIMVS
PONTIFEX · MAX · TRIB · POT · $\overline{\text{VIIII}}$ p. C. 201
IMP · $\overline{\text{XI}}$ · COS · $\overline{\text{II}}$ · P · P · PROCOS · ET
IMP · CAESAR · MARCVS · AVREL
ANTONINVS · PIVS · AVG · TRIB
POT · $\overline{\text{IIII}}$ · PROCOS · Et ////////
V ///// S E T //////// R E
A ///////// CIↃ P · XI

Fabius Giordanus ms.; Mazzella antiquit. Put. p. 8 et inscr. Puteol. n. 3 (inde Grut. 157, 7, Capaccius hist. Put. p. 4, hist. Neap. l. II c. 24 p. 710) qui interpolavit. Superaddidit suam interpolationem Pratillius p. 202.

Mazz. vv. aliter divisit. — 1 CAES· Mazz. n. 3. — SEPTIMVS Mazz. p. 8. — 2 AVGVSTVS Mazz. — 3 PARTHICVS Giord., PARTHICVS Mazz. n. 3, PARTICVS Mazz. p. 8. — 4 PONTIFEX·MAX om. Mazz.. — PONT pro POT Mazz. — IX Mazz. — 5 XII·COS·II Mazz. — PROCONS Mazz. p. 8. — 6 CAES Mazz. n. 3. — AVRELIVS Mazz. — 8. 9. 10 sic (om. E post PROCOS) Giord., PROCOS·E·VIAS·RESTIT·A·PVT (PVTEOL n. 3) Mazz. (om. CIↃ·P·XI); unde effecit Pratillius VIAS·RESTIT*uit* · A · PVTEOL*is nea*PO*lim* E*t* Ca*P*ua*m*. In litura nomen Getae periit, probaque est prima E Mazzellae residua ex ET.

6930 [= 6271] in scapo columnae; Eupleae sub domibus ep. Spinelli GIORD. Euploea est (cf. Capaccius l. 2 c. 26 p. 822) Gaiola scopulus inter Nisitam et promunturium Pausilypi, vallisque Gaiolae dicitur angusta ora ad extremum Pausilypum, unde itur Puteolos per cryptam quae dicitur Seiani a. 1840 denuo repertam et patefactam. Ad viam maritimam, cuius causa haec crypta facta est, diversam ab altera qua per colles petebantur Puteoli, tertiaque quae per cryptam hodie celebrem transit, cippus hic olim videtur stetisse. Neapoli SIRM.; '*in un cantone d'Echia regione della piazza di S. Spirito*' SVMM.; Echiae in hortis Al. Toletani CAP.

VII
D · N
FL · VAL
CONSTANTINO
PIO · FEL
INVICTO · AVG
DIVI · CONSTANTI
PII · FILIO

Giordanus ms.; Sirmondus cod. 1418 n. 42 qui vidit (inde Grut. 1078, 9); Summonte (1602) t. I p. 335; Capaccius l. II c. 2 p. 402; Pratilli p. 31.

3 FLAV· Summ. Cap. — 4 COSTANTINO Giord. Summ. — 5 om. Giord. — 6 AVGVSTO Cap. — 7 COSTANTI Giord., COSTANTINI Summ., CONSTANTINI Cap. — 8 FIL Summ.